

**X.** Concilia res credendas non definiunt, sed definitas in Scripturâ, veritatem à falsitate discernendo, declarant.

**XI.** Qvare norma Conciliorum est Scriptura S. ea-que sola.

**XII.** Qvum in Conciliis ad anteriores Ecclesiæ docto-  
res provocatur, id tantum agitur, ut ostendatur, errorem,  
de qvo qvæstio est, & noviter esse introductum, & jam o-  
lim ab antiquis rejectum.

*Disp. XLVII.*

*De*

## Anti Christo.

*I.*

**P**ersuasum nobis esse debet, luce meridianâ clarius esse,  
quod omnes AntiChristi nota, omnia elogia, quæ apud  
Paulum inveniuntur, exacte, quadrent in Rom. Pontifi-  
cem. Calixtus.

**II.** Primaria illa nota: extollere se super omne id, quod  
dicitur DEus, aut religio, & ostentare, se esse DEum, nontam  
de potestatis usurpatione, quam arrogatione, non tam de  
praxi, quam doctrinâ intellecta, & omni & soli Pontifici &  
semper competit.

**III.** AntiChristus, quâ primatum spiritualem, in Boni-  
facio III. qui ut Romana Ecclesia caput omnium Ecclesiarum  
diceretur, à Phocâ, parricidâ, obtinuit, quâ tempora-  
lem, in Gregorio VII. qui Dictatus de omnipotentiâ Ponti-  
ficâ condidit, adultus factus esse meritò dicitur.

**IV.** Non lædit Imperatoriam Majestatem, qui ean-  
dem subesse Pontifici, tanquam præsuli, profitetur: sicut  
Apostoli non læserunt Imperatorum gentilium majesta-  
tem, quam sacrosanctam habuerunt, Rom. XIII. i. s. qvan-  
do simul docuerunt, DEos, qvos coluerunt, esse dæmonas.  
Eph. II. 2.

**V.** Nemo unquam Imperatorum Regumqve Ponti-  
ficiis arrogatam supra omne id, quod dicitur DEus, atque  
adeò & super sese potestatem agnovit, neandum sciens vo-  
lensqve ei sese subjecit.

*VI. Non*